

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk **Ort:** Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica **Werk Id:** PPN476830389

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN476830389|LOG_0109

OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen Georg-August-Universität Göttingen Platz der Göttinger Sieben 1 37073 Göttingen Germany Email: gdz@sub.uni-goettingen.de -subord asum shir amsdu

days, qualis hican Itulare partis hujus tertiæ folium ovo oblonge rotundo sese intexentium formicarum metamorphosin exhibet; quarum ova canariæ avibus edenda traduntur. Ex ovis, ad maturitatem ubi pervenerunt, exiles, majoresque muscæ prodeunt, quas (ut in titulari folio videre est) educi copiosissimè, animadverti. Vigesimà quinta Julii anni 1694. integrum, horum animalculorum omnis generis, minutorum æquè ac grandiorum, tam alatorum, quam alis carentium millia, nonnulla quoque suis ex ovis, perceptâ volandi facultate, prorepentia comprehendentem nidum acquisivi, unde ea simili cum erucis metamorphose mutari, colligere facili negotio potui. Hic inferius ea collocavi, ut una cum Salomone virtutes eorum indagarem. Porro formicarum, in india orientali, ità dictum, Regem in viridi malvæ foliolo collocavi, cujus posterior pars corporis majorem molliusculum subalbum vermem repræsentat.

Flos Hyerofolomitanus.

TIc ergo cæterarum erucarum, reliquorumque vermium mutationes exhibentur.

Erucarum super hocce flore sedentium quindecim eodem flore enutrivi, verum aliquando neglecta per oblivionem pabuli exhibitione semetipsas edendo consumpserant tribus exceptis, quæ superstites remanserant, hæ Septembris octavâ die degenerabant in aurelias, subsequentis anni mense Majo, qualis hic appingitur, indè phalænulæ cinereæ prodierunt.

Solanum vel solatrum. II.

TEc herba viridis, fructui vicinæ, erucæ pabulum est, decima die Junii mutatur in aureliolam, ac vigesima quintâ Junii lignei coloris papiliunculis inde prodiit, in volando celerrimus. Hic è regione nigra petiolum perreptans erucula conspicitur; depositis exuviis virescebat; sambueo prius albicante eam enutrivi, ast exinde nullatenus immutabatur, hanc ergo herbam ei porrexi in escam, confectà tandem albà

texturâ, flavo, qualis hic unà exhibetur, inde musca produc-

III. Alcea.

Hac herba proprium viridis hujus erucæ pabulum est, hac illam servavi vivam in augustum usque, ubi suscam inaureliam immutabatur, & vigesima prima subsequentis anni die Maii priùs inde phalænula prodiit.

IV. Flos cardinalis.

Lustes hujusmodi erucas his in floribus amstelodami reperi, quibus eas etiam enutrivi in octavum usque diem Septembris anni 1695. ubi mutabantur in aurelias, vigesima quinta Junii subsequentis anni, qualis in hac figura demonstratur, papiliones inde producebantur.

V. Labrasca.

PArvulum baccis rubentibus insidens animalculum solummodò foliorum horum succo fruitur; nonà die Junii colorem suum planè omninòque commutavit, quemadmodum in caule cernitur; decimà septimà die dicti mensis in aureliam conversa fuit; vigesimà nonà ejusdem lucidiore colore tinctum, aliam pariter formam induit, septimà tandem Julii die, qualis infra cernitur, scarabæolus auriaci coloris inde prodiit.

VI. Spinus vel prunus sylvestris.

Agnum harum erucarum unà congregatarum, admodùm exilium numerum in pruni sylvestris dumo repèri, circà quem texturam amplam confecerant. Septimà hora vespertinà in unam collectæ tam arcté conjungebantur invicem, ut rotunda nigricantis holoserici particula esse crederentur; integrum cum foliis omnibus ramum unà cum texturà rescidi, ac ejusmodi virides ramulos adserri quotidiè, curavi, quos aquæ recenti pro escâquotidianà immergebam; hora nona matutinà